



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensio Abbatiae Imperialis S. Maximini

Zyllesius, Nicolaus

Treveris, 1638

88. Ferdinandi Secundi Imp. Diploma de Iure Aduocatorum S. Maximini
Datum, Anno MDCXXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14268

seu habere noscuntur, à quocunque vel per quemcunque, cuiuscunque status vel præminentia existant, aliquam iniuriam, turbationem, aut molestiam inferri, seu aliquo modo irrogari. Factura est in eo Serenitas Vestra, eiusque Successores, Duces Luxemburgenses rem, sollicito Protectore & Aduocato, dignam, Deo & nobis gratam, ac beneuolentiâ & gratiâ nostrâ Cæsareâ quauis occasione vicissim agnoscendam. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, & Sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Ciuitate nostra Viennæ, die duodecima mensis Octobris, Anno Domini Millesimo, Sexcentesimo, vigesimo sexto: Regnorum nostrorum: Romani octauo; Hungarici nono; Bohemici vero decimo.

88.

*Ferdinandi II. Imperatoris Diploma, de Iure Aduocatorum
Sancti Maximini, Datum Anno
MDCXXVI.*

FERDINANDVS Secundus diuinâ fauente clementiâ electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Schlaunonæ, &c. Rex. Archidux Austriæ. Dux Burgundiæ, Brabantia, Stiria, Carinthæ, Carneoliæ, &c. Marchio Morauia, &c. Dux Luxemburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Wirtembergæ & Teche, Princeps Sueuiæ, Comes Habsburgi, Tyrolis, Ferreti, Kyburgi & Goritiæ, Landgravius Alsatia, Marchio sacri Romani Imperij, Burgouia, ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Selaunoniæ, Portus Naonis & Salinarum, &c. Agnoscimus & notum facimus tenore præsentium vniuersis. Quod demissè nobis exponi curarint Honorabilis, Religiosi, deuoti nobis dilecti Abbas & Conuentus Monasterij Sancti Maximini prope Treuiros, diuersa, in & extra territorium Abbatia Sancti Maximini esse oppida & loca, quibus speciales Aduocatos antiquitus dare & constituere consueuerint, quorum constituendorum, & pro arbitrio remouendorum libera, dicto Abbati & Conuentui ex diuersis tum antiquis, tum recentibus diuorum quondam Imperatorum concessionibus, & nouissima Rudolphi secundi Imperatoris, Domini Patruelis, ac Prædecessoris nostri colendissimi de dato Augustæ Vindelicorum, die nona Mensis Iulii, Anno Domini, millesimo quingentesimo octuagesimo secundo subsecuta confirmatione nobis in authentica & sive digna forma exhibita competat facultas, & licet necessitate sic exigente, hoc suo iure nonnunquam uti statuerint, metuere tamen, ne periculosis præsertim hisce temporibus, grauiora inde sibi, suoque Monasterio molestias ac difficultates accerfant. Ideoque demissè nobis supplicarint, ut ad maiorem cautelam & securitatem, nos quoque Diuorum Prædecessorum nostrorum exemplo, hanc facultatem ac potestatem sibi priuilegio nostro Cæsareo clementer confirmare dignaremur. Nos igitur, qui personas Ecclesiasticas & Deo dicatas in iuribus ac priuilegiis suis defendere satagimus supradictis precibus clementer annuentes, memoratam Diuorum Prædecessorum nostrorum concessionem in omnibus & per omnia approbandam, innouandam, ratificandam & confirmandam, ac quatenus opus est, de nouo concedendam duximus, uti vigore

presentium approbamus, innouamus, ratificamus & confirmamus ac de nouo concedimus. Volentes & expressè decernentes, quod, quotiescunque casus tulerit, aut necessitas exegerit, Abbas & Conuentus dicti Monasterii Sancti Maximini, quicumque pro tempore fuerint, liberè priuilegio eo vti, Aduocatos constituere, & Aduocatas suas, tam in, quam extra Abbatiam, cui uelint dare & conferre, cui uelint adimere possint & valeant sine cuiusquam impedimento & contradictione. Nostri tamen & sacri Imperii, atque adeo domus Luxemburgicę Protectionis Iuribus semper saluis. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc nostrę approbationis, ratificationis, confirmationis & de nouo concessionis paginam infringere, aut ei quouis ausu temerario contraire. Si quis autem id attentare presumpserit, nostram & Imperii sacri indignationem grauissimam, & pœnam quinquaginta marcharum auri puni, Fisco seu cetero nostro Imperiali, & parti lęse ex equo, omni spe uenię sublata, pendendam se nouerit ipso facto, irremittibiliter incursum. Harum testimonio litterarum manu nostrã subscriptarum, & Sigilli nostri Cęsarei appensione munitarum. Datum in Ciuitate nostra Viennę, die duodecima mensis Octobris, Anno Domini Millesimo, Sexcentesimo, vigesimo sexto: Reguorum nostrorum, Romani octauo, Hungarici nono; Bohemici uero decimo.

89.

*Ferdinandi II. Epistola ad Isabellam Hispaniarum Infantam
de obseruanda sententia supradicta Dat. Anno
MDCXXVI.*

FERDINAND.

S Brechleuchtige / ic. E. L. tragen gute wissenschafte / was fur eine Rechtsfertigung zwischen wenlandt dem Ehrwürdigen / ic. Titl Churfürst Lotharien zu Trier / ic. Titl Abtens zu S. Maximin / ic. an Unserm Kånserlichen Reichshoff Rath erwachsen / vnd bey beyder seiths nachfolgeren getrieben worden.

Wann Wir dann hierinnen Unser Kånserl. Brhel / den dritten nechsterwichenen Monats Augusti ergehen lassen / als haben Wir solches E. L. zu uero nachrichtung communicieren wollen / wie beyerwahyte abschrifft außweist.

Demnach sich aber jehziger Abt vnd dessen Conuent wegen allerhand Attentaten vnd beschwerungen / so jehziger Unser Lieber Neue des Churfürsten zu Trier L. so woll vor / als nach ergangenem obberürten Unserm Kånserlichen Brhel / gedachtem Goetshaus S. Maximin vnd dessen Vnderthanen zugethan vnd angefüegt hochlich beschwert vnd beklagt / haben Wir E. L. vmb ab- vnd einstellung derselben zugeschrriben / wie die andere beylag zuerkennen gibt.

Wann dan E. L. vber gedachtes Gottshaus als Regierender Herzogin zu Lüttemburg die Erbschusz gerechtigkeit zustehet vnd gebären thut.

Hierumben so gesinnen Wir an E. L. hiemit Freunde. Vetter. vnd Bräderlich / Sie wolle gedachtes Gottshaus S. Maximin / dessen Abt / Conuent / Vnderthanen vnd angehörige / krasse jehgemelter Erbschusz gerechtigkeit / wie bis dato ganz rümlich / vnd zu Unserm sonderbarn angenehmen gefallen geschehen / in guter obachte halten / damit das

selbige